



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XIX. Markgraf Johann von Brandenburg verbürgt sich der für den König
Waldemar von Dänemark wegen des Vertrages, worin dieser für die
Befreiung seiner Söhne dem Grafen Günzel von Schwerin 7000 Mark ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

scribi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt Henricus pincerna, Albertus de Niendorp, Thegenardus aduocatus de Saltwedele, Johannes, Albertus, Fridericus, Hartmannus, Bruniggus, fratres de Redekestorp, Albertus de Lypzeke, Olricus aduocatus de Arneburgh et alii quam plures. Actum apud oppidum nostrum Werben. Anno gracie M^o.CC^o.XX^o.VII^o., nonas Augusti, indictione secunda.

Nach dem Originale des K. Geh. Kabinetts-Archives. Sehr fehlerhafte Abdrücke dieser Urkunde und der Schenkungsurkunde der Mecklenburgischen Fürsten findet man in Buchholz Geschichte der Gburmark Thl. IV. S. 61, Lenz Becmannus enucleat. p. 60 und Lenz Brand. Urk. S. 869, einen correcten Abdruck in den Meckl. Jahrb. II, 214—216, besorgt von Lisch.

XIX. Markgraf Johann von Brandenburg verbürgt sich für den König Waldemar von Dänemark wegen des Vertrages, worin dieser für die Befreiung seiner Söhne dem Grafen Günzel von Schwerin 7000 Mark Silber verspricht, im Jahre 1230.

Woldemarus Dei gratia Danorum Slaunorumque Rex — Notum sit, quod nec est forma compositionis facte inter nos ex una et Guncelinum comitem de Zwerin et amicos suos ex parte altera, per Dominum Albertum Ducem Saxonie ac Comitem A. de Orlamunde procurata. Nos pro liberatione filiorum nostrorum omnium et obsidum pro nobis obligatorum dabimus comiti Guncelino septem millia marcarum argenti — — — Et ut hec compositio rata maneat et stabilis perseueret, promiserunt una nobiscum Woldemarus Rex iunior et alii nostri filii, Gerardus Bremensis Archiepiscopus, Dominus Otto Dux de Brunswic, Dominus Johannes Brandeburgensis Marchio, A. Comes de Orlamunde et frater suus, Ernestus Comes de Glyghen, Dominus Nicholaus Zlesewicensis Episcopus etc. — Ad maiorem itaque huius compositionis et pacis firmitatem presentem paginam appensione nostri sigilli et presentium sigillorum fecimus communiri. Actum Slesewic Anno Domini M^o. CC^o. XXX^o. Indictione III.

Nach Scheit, Origin. Guelf. IV, 89. 90. Boehmer, Jus feud. 356. Harenberg, Histor. Gandersh. 374.

XX. Kaiser Friedrich II. beleiht Johann und Otto, die Söhne des Markgrafen Albrecht, mit der Mark Brandenburg und dem Herzogthum Pommern, im Dezember des Jahres 1231.

Fridericus secundus, diuina fauente clemencia Romanorum Imperator, semper Augustus, Jerusalem et Sycilie Rex. Requirit imperii cellitudo et dignitas exigit principalis, ut favore Cesareo vota principum compleantur, quorum merita transfundi debent liberaliter in heredes, qui non minus paterne fidei, quam virtutis creduntur effici successeores, defectumque parentum circa imperii decus effectu devocionis complere. Inde est igitur, Quod presentis scripti serie notum fieri volumus Imperii fidelibus, tam modernis, quam posteris uniuersis, quod dilectus princeps noster Johannes, Marchio de Brandenburg,